



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Q. D. B. V.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
DE

JURE NAT-
URÆ,

Quam
Benevolo indultu inclytæ
FACULT. PHILOSOPHICÆ
Præfide

VIRO

PEREXIMIO atq; PRÆSTANTISSIMO

DN. M. CASPARO-ESAIA *Siegfriedens*

publico examini subjicit

JOHANNES-SIGISMUNDUS DEUERLIN,

Tauchâ-Misnicus, Magisterii Candid.

A. & R.

Ad diem IX. Novembr.

Lipsiæ,

LITERIS RITZSCHIANIS!

Anno M. DC. LXI.

A. M. Carpzovius

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT
530 SOUTH EAST ASIAN AVENUE

CHICAGO, ILLINOIS 60607
TEL: 773-936-3700

1991
UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS
530 SOUTH EAST ASIAN AVENUE
CHICAGO, ILLINOIS 60607

CUM DEO!
 PROEMIUM.



Solonem Legislatorem Athenien-
 sium prudentissimum roganti, cur parricidii
 poenam nullam constituisset, respondisse, re-
 fert Cicero, quod id neminem facturum putas-
 set? Sapienter fecisse dicitur, cum de eo ni-
 hil sanxerit, quod antea commissum non erat,
 ne non tam prohibere, quam admonere vide-
 retur.

Orat. pro
 Rosc. Amm.

Similem in modum publice *Jur natura* proposituris, ejus-
 que naturam evolutaris objiciat quispiam, quid opis prolixā de
 eo tractatione aut ventilatione; cum nemo adeo detestabilis sit
 futurus, qui, quid *Jur natura* sit, nesciat, aut quoties actiones ei
 conformanda; prius regulam earum inquirat. Ita sane DEUS
Jur hoc cordibus inculpavit hominum, ut eò, quò hodie assolet
 stredo, ipse scribi & promulgari superfluum à primordio rerum
 duceret. Verum enim verò, uti propter Solonis sententiam par-
 ricidæ nihilominus non defuerunt; ita nec defunt, quibus *J. N.*
 violare nulla est religio. Nihil enim tam absurdum, quod non
 habuit aliquando assertorem; nihil tam manifestè clarum, quod
 non, cum ab aliis, tum ab arbitrantibus, nullius rei dari scien-
 tiam; sed omnium esse opinionem, in dubium est vocatum. Cum
 autem error in principio gravior & periculosior sit aliis, utpote
 infinitos potest se trahens: Ideò nos impræsentiarum *Juri Nature*,
 si non omnimodam, at tamen nonnullam pro ingenii nostri te-
 nitate, effundere lucem, paucisque thesibus id complecti, ope-
 rez dudum præsum. Quod ut feliciter procedat, faxit primus
Jur hujus Dicator.

¶ Cum *Jur Nature*, de quo disputamus, complexum
 vobis, in duplitem duplicis vocis originem inquirere nobis in-

sumberet; verum quia magis in controversiam venit *Juris*, quam *Natura* origo, misa hujus, illius attingemus originem. Unde enim dicatur *Jus*, variaz apud varios extant auctores sententiaz. Potiores nos recensimus, liberum relinquentes cuique, quam velit amplecti, Ebræo Ebræam; Græco Græcam, alii aliam. Deducunt nonnulli *Jus* ab Ebræo *W*, rectitudo, æquitas, quia *Jus* nihil aliud dicat, quam quod rectum est. Alii à *W* salus, quia

Prov. 1. v. 7. 8. *Jus* est salutare observatoribus. Alii adducunt ab Ebræis vocem *W*, quæ significatur *Jus*, lex, quia stabilis ac durabilis est horum essentia. Hæc autem ipsa vox à *W* est, deducitur.

Iesch itaque potest esse *Jus*, quia verè est. Veritas enim est *Jus* & justitiaz fundamentum. Martinus.

in Lexic. Philol.

§. 2. *Jura* alii ab *isga* deducunt eò, quod magna inter se habeant convenientiam: ita tamen ut e transcat inu, sicut utranque in e in deiero, quod est à juro. Beckmannus *Jus* esse ab illa tribu gicà ac lamentabili ejulatione Græcorum *is*, spondere audeat.

De orig. Lat. Ling. in lit. 1.

§. 3. A iusso *Jus* per apocopen quasi iustum, utpotè quod natura jubeat, deducit Perottus. Jurisconsultos, *Jus* à justitia dicentes ridet Galeotus Martius, quia magis rem ea sapiat derivatio, & *Jus* non tantum ad leges; sed & pulmentaria referatur. Et quamvis quedam sint, pergit, de quibus ratio reddi non possit, hoc tamen habet derivationis certam figuram. Hinc à juvando potius *Jus* deducit, tali ratione nixus: Sicut corpus nostrum jure juvatur & nutritur: ita & civitates, quæ ut corpus coaluerunt, legibus & jure juvantur & aluntur.

lib. de doct. promiss. c. 28.

§. 4. Ab hac sententiâ parum decedit Grotius, probabiliter *Jus* à Jovis nomine dici posse hariolans, quia ejus origo non aliunde, quam à DEO petenda. Hinc Chrysippus & Stoici itemdem à Jove *Jus* esse putabant. Nisi quod per abscissionem forte verius, ut ex eo, quod fuit ossum, os; ita ab eo, quod fuit iustum *Jus*, *Justis*, postea *Jura*, uti ex Pappis Pappirii, dici poterit. Aliis *Jus* quasi *Jura* dici propter æqualitatem, quam ubique observet, Alciato *Jus* quasi vis appellari refert Jacob. Martini.

in Proleg. lib. de J. B. & P.

in Annot. in Proleg. in Synops. Eth. 1. 2. de virtute.

§. 5. *Jus Naturæ* alio nomine vocatur recta ratio, *Lex Naturæ*. Quamvis *Lex* à jure accurate loquendo differat, *Jus* enim est id, quod non iniustum est, lex autem illud incitat. DEUS, crea-

creaturis intelligentibus *Jus* magis impressit, postea verbo suo expressit, recta ratio est, quæ id intelligit, lex autem est doctrina de eo, Ideo fit, ut recta ratio, lex & *Jus* idem non nunquam significant. Vocatur etiam dictamen rectæ rationis, notitia principiorum prætorum, parvi igniculi & innata virtutum femina.

¶ 6. Dicitur præterea etiam *Jus Gentium*, etiamsi Felde-
nus secundum Græviniellii stricteuram abstinendum esse à de-
nominatione hæc putet, quia apud Aristotelem ejus mentio non
fit, & juri Romano natales suos denuum debet. Nec moramur

in Arist. ad
cent. Feld.
pag. 19.

ICTos, qui in his à Philosophis dissentiunt, nec inter se ipsos con-
veniunt. Notamus enim omnis confusionis evitanda gratiâ, *Ju-
ris Gentium* duplici modo dici posse aliquid (1.) Objectivè,
quod omnibus Gentibus ad obligationem præscriptum est: (2.)

vid. init. fil.
2. 3. 4. 5. Tri-
bon. & Inst.
5. 2. de J. N.
G. & C. 5. 4.

Originaliter, quod ipsæ gentes pro arbitrato constituerunt. *J. N.*
non dicitur priori modo. Hunc in modum pro iisdem *Jus Natu-
rale* & *Jus Gentium* habet ipse Cicero inquit: Neque verò natu-
rale est *Jus Gentium*, sed & legibus populorum eodem modo con-
stitutum est. Et alibi: Omni in re consensus omnium Gentium lex
Naturæ putanda est. Hinc non incommode Grotius quoque di-

Lib. 1. de
Lib. 1. e. 2.
Par. 4. de J. B.
& 2.

stinguit *Jus Gentium* in naturale & voluntarium dicens: *De Jure
naturali* ergo, quod & *Gentium* dici potest, satis constat, eò bella non
improbari: *Juri autem Gentium voluntario* idem non damnari bella,
satis nos docent historie, & omnium populorum Leges ac mores. Hoc *Jus*

Lib. 1. e. 1. de
J. B. & P. Par.
14.

alibi dicitur etiam civile, sed latius patens, quod Gentium omnium
aut multarum voluntate vim obligandi accipit. Multarum notan-
ter dicit, quia vix ullum reperitur extra *J. N.* quod ipsum quoque
Gentium dici solet, omnibus Gentibus commune. Conringius
non minus *Juris Gentium* dicit constitutionem inter Hispanos &
Bacayos, ut bello captus à captore se suo mensis unius stipendio
posset redimere, quam servitutem.

¶ 7. Quemadmodum autem *Jus* non uno modo dicitur,
etiam in vocabulorum modorum triginta sex quosdam conges-
sisse, de quibus videri posse Johannem Monachum & nonnullos
recentiorum ICTorum refert Martini; Appositione tamen vocis
natura, plurimi præscinduntur; ita quoque vocabulum *natura* am-
biguum parit sensum. Sumitur enim aliquando (1) *pro natura*

loc. cit.

Fig. 1. ff de
Inst. & jure.

lib. 2. epist. 2.

in adnot. ad
Grot. de J. B.
& P. p. 19. &
seq.
ad inst. l. 1.
Tit. 2. lex. 1.

lib. 2. de leg.

Thom. in l. 2.
quæst. 94. art.

universa. (2.) *Præ natura* specialiori, quàm nobiscum bruta habent communem in procreatione sobolis &c. Cujus intuitu Ulpianus *Jus nature* definit, quòd sit, quòd natura omnia animantia docuit. (3.) Sumitur specialissimè & propriè *præ natura rationali*, quòmodo nature Deum dicunt profani scriptores non eum, qui naturam universam Cælum & mare creavit; sed hominis Genium, qui naturam cuiusq; fovet & regit, ceu Horatius canit:

*Scis Genus, natalis comes qui temperat astrum,
Natura Deum humana, mortalis in unum,
Quodq; caput vultus mutabilis albus & ater.*

Ast ejusdem æquivocum sensum restringit non unum apposita vocabulum *Juris*, quòd significat, hoc in loco non intelligi jus civile, aut tale quid, quòd natura omnia animantia docuit. De quo cumq; usu hujus Ulpianæ definitionis gloriatur Felidemus, aliquid tamen intervenisse nominis juris hic statuunt ipsi doctores Romani Juris Interpretes, v. g. Bacchovius, quia *Jus* in animalia nullum cadit, utpotè ratione & liberis actionibus destituta; sed id quòd restat ratio faciendum aut omnitemendum dicitur.

S. 8. Diversissima igitur sunt, esse naturale & esse Juris naturalis, esse contra naturam & contra Jus esse nature. Hoc sensu male ad legem nature referri vis & injuriæ propulsationem, maris ac fœminæ conjunctionem, liberorum procreationem, aliaque ejusmodi à natura quidem descendunt, sed non à jure nature, doctè disputat Conringius, cum ita inquit: Naturalia seu à natura esse dicantur etiam illa, quæ natura (a) permittit tantum, (b) ad quæ inclinat, (c) quæ honesta esse indicat & si non debita, (d) quibus non repugnat, quæve ideo justa dicuntur, quia injustitia carent. A lege nature sola illa sunt, quæ jubet natura, ut fiant, vel non fiant, quæve a deo sine peccato omitti nequeunt, ut educatio liberorum &c. Quamquam, quòd illam attinet locutionem, quæ diversissima modo diximus esse contra naturam & esse contra Jus

Natura, Thomas novum injiciat scrupulum dicens: *Natura* hominis potest dici illa, quæ est propria hominis, & secundum hoc omnia peccata, in quantum sunt contra rationem, sunt etiam contra naturam: vel illa, quæ est communis homini & aliis animalibus, & secundum hoc quædam specialia peccata esse dicuntur

contra

contra naturam. Sic contra constitutionem maris & feminae, quae naturalis omnibus animalibus, est concubitus masculorum, quod specialiter dicitur vitium contra naturam.

§. 9. Obijciat enim aliquis: datur aliquod jus naturae contra naturam animi. Ergo datur aliquod jus naturae in bruta cadem. **RA** Sequi illa rationem informatam: datur aliquod vitium, contra naturam objective, Ergo datur aliquod jus naturae objective. *Jus* enim versatur circa actiones non solum humanas, sed & eas, quas nobiscum bruta habent communes. Aliud autem est postmodum subjective vitium dari, quod negamus. Per consequens neque *Jus* subjective cadit in bruta.

§. 10. Absolutis qualicumque modo nominalibus, ad realia plenius veremur, nisi negotium nobis facesceret absurda sapientia statuendum, nullum profus *Jus* dari, sed omnium rerum esse opinionem, dicantium cum Poeta ::

Hor. l. 1. Ser.
Satis.

Nulli Nec naturae potest jussu sacernere iniquum.

Sunt enim, qui cum Achille jura negant sibi nata, nihil non armis sibi inrogantes, quorum e numero multi omni tempore extiterunt, ut hodieque sunt plurimi; praecipuis Politici Aethi. Graeci ejusmodi homines eleganter *Χρισθιδνας* appellarunt. Grotius his admodum sententiam potius dat, quam Carneadem; qui ad fastigium Acaediae suae pervenit, ut scilicet non minus pro falso, quam pro vero eloquentia viribus voluerit concedere. Conatus is est probare;

Jus nullum esse, si sit aliquid, id homines sibi utilitate san-

Quint. l. 12. c.
1. Gell. l. 7. c.
ut. Macro.
1. Satur. c.
Laet. copio
sissime l. 1. c.
15. seqq.

ctio. *Jus* pro moribus, & apud eosdem pro temporibus saepe mutatur. Proinde nullam quocumque esse justitiam, aut si sit aliqua, esse tantam esse stultitiam, quoniam sibi noceat alienis commo-

disessentia. De cujus opinione pluribus videri possunt Quinti-

lianum, Gellium, Macrobius & Lactantius. **§. 11.** Nobis horum sententias examinaturis, duplici viae ratione de eundem: (1.) ut videamus, an sit aliquod *Jus* natura-
(2.) An omne ab utilitate sola dependeat? Priori jam satis solentur posteriore adsequentes reservata theses. Est quidem nullum profus dari *Jus* natura, potissimum hoc argumento evin-
ctum esse cogatur. Nullum *Jus* natura est mutabile: omne *Jus* est
mutabile. Ergo nullum *Jus* est *Jus* natura. Maj. est nostra. Ipsi enim
immu-

Plat. in Ly-
 curg. Xe-
 noph. 1. de
 repub. Laced.
 Jul. C. l. 6. de
 Bell. Gall. Tac.
 cit. de morib.
 Germ. Arnis.
 de doct. po-
 lit. c. 17. de le-
 gibus. Calix-
 tract. de LL.
 mor. Theol.
 in fert.
 Rom. 1. v. 21.
 Eph. 4. v. 18.

inmutabilitatem hujus *Juris* infra stabatur juxta Aristotelem,
 describentem *Jus Naturae*, quod sit, quod ubiq; eandem vim habet,
 non quia ita videtur aut non videtur. *Mia*: probant à diversa
 Gentium institutis. Sic enim apud Lacedaemonios furta & adulte-
 ria, apud Majores nostros atrocissima in usu fuisse & impune lata;
 scribunt Plutarchus, Xenophon, Julius Cæs. Tacitus & Arnianus.
 Plura collegit Calixtus. Sed responsio est facilis, cum non pro-
 perea, quod juri naturæ se aliquis subtrahat, aut contra id agat;
 ipsum *Jus* desinat obligare, sed in se maneat immutabile; ubi-
 vis enim tale est, ubi vis tale habetur, modo mens atque ratio sese
 rectè habeat. Quæ igitur gentes id justum fortè dixerunt, quæ
 naturæ est injustum, illæ sanè mente laborarunt. Fieri enim pot-
 est, ut per falsas opiniones, aut pravas peccandi consuetudines,
 ita humanus obscuretur intellectus, ut in particulari vix attendat,
 quid rectum & honestum sit. De quo ipso conqueritur Apostolus
 dicens, obscuratur habere homines tenebris intellectum. Aliud
 faciunt, aliud judicant faciendum esse. Ipsa enim conscientia
 propria contra ipsos testatur, quam nec ipsa impia Epicuri Philo-
 sophia excutere potuit. Usque adeo innatum est,

Nocte, dieq; suum gestare in pectore testem.

Qui enim quàm maximè negant dari *Jus Naturæ*, refelluntur
 tamen

Oculis quæziente animam torsere flagella.

§. 12. Affirmativam autem, dati naturam *Jus Naturæ*,
 hunc in modum demonstrare possumus: datur aliquis finis rationis
 summè bonus, eumq; actiones humanae assequi possunt. Ergò dan-
 tur quoque certæ ad illum obtinendum actiones. Quia datur
 quoque malum, ad quod aliz ducunt actiones. Illas actiones i-
 gitur omnino exigit natura, quæ ad illum faciunt finem, quæ verò
 ad hunc, prohibet. Sunt ergò quædam actiones, quas prohibet,
 quædam, quas postulat peragendas natura. Adeoque non est ha-
 mano arbitratiù permittum simpliciter, quid vis quocumq; mo-
 do pro lubitu agere atque omittere. Jam verò actiones naturæ
 conformes, utique bonæ, naturæ autem difformes, malè sese ha-
 bent, suntq; peccata. Omnis autem bona actio premio, mala
 poenâ afficienda, quod idem est, ac esse justum & injustum. Er-

quod esse certius est, *Ius* aliquod esse in actionibus hu-
 manis à natura dependentem. Verissimum namque Ciceronis:
 Omnia incerta sunt, simul à jure discessum est. Hinc præclare
 quoque Philosophus probat, nullam communitatem, ne latro-
 nem quidem, absque jure consistere posse. Rursus Cicero de hoc in Orat. pro
Mil.
Iure graphædæ & emphatice loquitur. Est enim (Judices) non
 scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legi-
 mus, sed factam ex creatura ipsâ arripuimus, hausimus, expresimus,
 ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut
 si vita nostra in aliquas infidias, si in vim, in tela aut latronum,
 aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ
 salutis.

§. 13. Quandoquidem datur *Ius* aliquod *Natura*, inqvi-
 rendam nunc subjectum ejus, quod non sunt, (1.) Bruta, quia
 destituta sunt agendi libertate, *Ius* autem præsupponit moralita-
 tem. Neque ea injuriam pati, sed pauperiem dicuntur. Quod
 si quando brutis, verba sunt Grotii, *Ius Natura* tribuitur, id fit im-
 propriè, ex quâdam in ipsis umbrâ rationis atque vestigio. An
 verò actus ipse, de quo *Ius Natura* constituit, sit nobis communis
 cum aliis animantibus, an proprius, ad *Iuris* ipsam *Naturam* pa-
 riam refert. Et si DEUS dicitur vindicaturus sanguinem hominis
 etiam in bruto: Si mandatur occidi jumentum, quicum homo Gen. 9. v. 5.
Exod. 21. v.
28. Lev. 20.
v. 15.
 sese commiscuit, non eò pertinet, ac si bruta *Iuris* sint capacia;
 verum sunt ea in signum detestationis, quâ DEUS ista scelera pro-
 sequitur. (2.) Subjectum *Iuris Natura* neque sunt infantes, an-
 tequam ad annos discretionis perveniant, quia *πραϊπεισις* illis
 denegata est, juxta Aristotelem, obtinet enim hîc illud *Æschili*
 dictum: *Ætas prima* ceu brutum pecus, ut educetur, mentis alien-
 ne indiget. Sicut & (3.) Philosophus relegat hinc furiosos &
 in captos. Remanet itaque nobis homo, quatenus rationis
 compos & libertate gaudet actionum suarum.

§. 14. Proinde hæc ipse actiones in homine contradistin-
 guenda veniunt. Non enim illæ justæ vel injustæ dicuntur, quæ
 non sunt in nostra potestate, v. g. palpitiô cordis, sitis & fa-
 ties, nec quando vapulamus, ne id sentiamus; sed eatenus a-
 ctiones humanæ *Iuris* subjectum sunt, quatenus subjacent imperio

B

ra-

rationis. Hinc affectus, ira, tristitia, gaudium &c. in se non sunt vitiosi, sed hoc vel illo modo affici, honestum, vel turpescendum.

§. 15. Verum ut & limites *Juris Naturæ* ponamus, non omnes actiones humanas in nostra potestate sitas, *Juris Naturæ* obiectum dici necesse est, sed eas duntaxat, quæ necessario moraliter bonæ, vel malæ, quas Grotius debitas vel illicitas vocat, non quæ civiles, & antequam de iis constituantur, indifferentes sunt. Hoc enim obiecto discriminantur invicem diverse species. *Jus* enim legitimum actus indifferentes, nec tamen et illos omnes, cum propter infinitam circumstantiarum varietatem leges de iis quovque ferri non possint, habet pro obiecto. Quamvis idem Grotius Obiectum *Juris naturæ* ad ipsas quoque res humanæ voluntatis arbitrio subjectas, v. g. dominium, extendere non vereatur. Verba hæc sunt: *Sciendum præterea, non de iis tantum agere Jus Naturæ, quæ citra voluntatem hominum existunt, sed de multis, quæ voluntatis humana actum consequuntur. Sic dominium, quale nunc in usu est, voluntas humana introduxit. At eo introducto, nefas mihi esse id arripere te invito, quod tui est dominii, ipsum indicat Jus Naturæ.* Nos misiss, quæ supra hunc locum disputant inter se Feldenus & Grasvvinckelius, putamus, rem eò recidere, ut statuamus, actus quoque indifferentes esse obiectum *Juris Naturæ*, non ut sunt indifferentes; sed ut jam de iis constitutum, & illi debiti sunt vel illiciti: Si quis autem ex his inferat: Q. obiectum est *Juris Naturæ*, id ipsum est *Juris Naturæ*: Dominium obiectum est *I. N. E.* & ipsum est *I. N.* Consequentia neganda esset majoris, vel ita limitanda: Q. obiectum est *I. N.* ut tale constituendum, id ipsum est *I. N.* Atqui dominium est obiectum *I. N.* ut tale constituendum. E. Neg. minor. Non enim præcipit naturæ de dominio constituendo, ut est dominium simpliciter ita dictum; Secus absque summo peccato contra *I. N.* commisso dominium declinare nemo posset, omnesque servi dominio destituti gravissimè essent puniendi, sed de constituto. Possunt itaque hi actus indifferentes esse obiectum *I. N.* sed non immediatum, Quod ita diximus de dominio, idem de aliis ab humanæ

capitulum introductis, r. g. servitute, bello, pactis &c. intelligendum venit.

§. 16. Cum autem ex his jam cognitis nondum constet, quinam actus sint debiti vel illiciti, multo minus, quid sit I. N. proprie ita dicti, quid minus, inquirendum amplius, quidnam rationi alicui inesse turpitudinem aut honestatem moralem efficiat? Invenias hic non paucos supra allegatos, utile quodvis honesto preferentes, qui dicant cum Horatio:

Utilitas ipsi prope mater est aequi.

Aut cum Euphemo apud Thucydidem: Ἀνδρὶ Ἰουρηνίῳ ἢ πάλῃ ἀπὸ τοῦ ἔχθραν ἰδὲν ἀλεγου δτι συμφίρον. Regi aut civitati imperanti nihil injuriam, quod fraudulosum. Et videntur tacite homines in hanc sententiam quasi invicti trahi, non equidem ratione illa ab animantibus brutis deducta, quod & illa utilitatem tanquam maximè naturalem sectentur, cum infirma hæc sit; sed potius hoc argumento: Natura nihil magis vult, quam sui conservacionem; Natura dicitur: te defendas, proximus quilibet sibi ipsi, caritas ordinata incipit à seipsa, quod Germani hæc exprimunt formulâ: Das zembde ist mir näher als der Tod. Non minus enim natura svidet, ne te ipsum lædas, quam nenucem lædas. Sequitur ergò, quod homini damnosum, nullo modo naturam ab eo postulare posse, & vi contrariorum, quod ei utile, id optimo postulare jure. Per consequens, non esset virtutis nec justitiam omninò, mortem appetere, antequam inter duo mala moralia unum eligas. Mors enim est ultimum malorum, nature quam maximè adversum. Hujus argumenti vim ipse vidit Aristoteles & Conringius ita inferens: id, quod de morte virtutis ergo appetenda assertur, fatcor baud parvi esse ponderis; Neg, enim velle, quomodo solvere hunc nodum possint, qui à morte negant hominem posse beatum esse, quo in censu ipsemet est Aristoteles, illis enim mors est aliquid simpliciter damnosum. Si nihil ergo natura postulat fieri, quod simpliciter ei adversatur. Ergo nec mori justit pro virtute. Ad id enim vulgatissimum: Dulce est pro patria mori, regesitalius, dulcius esse pro eâ vivere.

Lib 6.

l. i. Nic. c. 10.

Disp. de Jure.

Thc. 37.

l. i. Eth. c. 10.

§. 17. Verum enim verò supra distinximus inter esse contra naturam & esse contra Jus Naturæ. Etiam si de ipsis quoque

naturalibus v. g. de morte, quæ hinc naturæ dicitur debitum, & Naturæ constituat; inde tamen non sequitur, simpliciter moriendo aliquem peccare. Mori enim simpliciter non est contra *Iam Naturæ*, sed hoc vel illo modo mori, si quis v. g. sibi ipsi violentas inferat minus, ille hoc modo moriendo peccat. Jam ad rem distinguit Conringius in homine animum à corpore. Sunt quæ animo conducunt, corpori minus, & vicissim, sunt quæ corpori bona sunt, neutiquam verò animo. Simpliciter homini ergo utilia sunt, quæ & animo & corpori profunt, aut animo maximè. Quæ autem corpori soli quodam modo adversantur, illa non sunt simpliciter homini noxia. Quæ admodum nemo dixerit, damnosum id corpori esse, nec in medicamento habendum, quod linguam forte vellicat, aut gustum amaricat. Jam verò nihil natura iustum dixit, quod simpliciter & animo & corpori est noxium, aut quod animo soli obest. Sed siquid fortè corpori minus placet, id tamen maximè animo profuerit. Distinguentur igitur utile, quod pugnat cum honesto, ab eo, quod non pugnat. Qui itaque utilitatem omne jus constituere autumant opposita honesto, absurdissimi sunt, quia ea non vera, sed apparsa est. Utile autem illud, quod honestum consequitur, constituentes, non non habent contradicentes.

§. 18. Qui verò mortem damnosam & corpori habent & animo, si sanè difficulter rem expedient. Sanioribus tamen Philosophis nec ignotum esse potest, animam post interitum hominis manere superstitem. Esto enim absque hac cognitione homo beatus in hac vitâ quantum potest, fruatur omni bono, quantum acquiri potest, si mortis recordabitur, sentiet, sibi maximam deesse perfectionem, mente volvens & vovens: O si mihi perpetuo liceat esse tam beato. Eo ipso autem significabit animæ immortalitatem, cogitando de perpetuitate, exoptando eternitatem, (uti enim aliquid est, ita operatur) & per consequens tales eligendas ducet actiones, quæ huic immortalis spiritui non sint contrariæ aut nocivæ, quia damnum hoc longè majus futurum damno corporis interituri.

§. 19. Hinc nullo non tempore Philosophi Ethnici reperti sunt, qui immortalitatem animæ asseruerunt. Pherecydes, Pytha-

illi gratia Magister, amicos hominum sempiternos, atque Immortales
 laetitiam in Graecia primis, Servio Tullio Romanis imperan-
 te, docuit, & praefra & adfervavit e Philosophis: cujus rei multa
 reperire licet testimonia in Phaedro, aliisque Dialogis Platonis.
 Unam e multis huc faciens proferre libet: Atque dum, dicit Socras,
 in vita sumus, ita nos, ut decet, debemus parare, ut minimum
 nobis sit cura corpore commercium; nisi summa cogat neces-
 sitas, necipsum Naturam imbibamus: sed puri & integri ab ipso
 finis, donec Deus hinc nos migrare jusserit, atque ita puri & ab
 infamia corporis liberati, ut consentaneum est cum talibus, i. e. pu-
 ris & integris versabimur & per nos ipsos cognoscemus, quod est
 honorum. Brachmanni, Indorum Philosophi, statuerunt, vitam
 presentem credi oportere, veluti conceptum vitalem, mortem v.
 egressum ad veram felicemque vitam iis, qui recte fuerant Phi-
 losophis imbuti. Eadem doctrina fuit Graecorum Magorum.
 Theopompus juxta Magorum sententiam scriptum reliquit, re-
 videtis aliquando homines, immortalesque futuros. Ex quo
 manifeste, ut Democritus homines suscitatum iri a mortuis statuerit,
 nihil falsè, nedum scelestè à Plinio eo nomine derisus, quia non
 dampnare viderit, refert Salmuth in Panciroll: Sed in his paupe-
 ris est numerare pecus. Tantum igitur adest, ut utile a actionem ali-
 quam reddere possit justam, ut potius justum a actiones reddat uti-
 les, & in eo nullam tranquillitatem animus reperiat, obtineatque
 illud, quò plus sunt potius, plus sitiuntur a quibus. Contra hanc sen-
 tentiam vide quod, quae disputavit Augustinus.

Lib. 8. Philip.

Lib. 7. c. 55. de
novo orbe
Tit. 1.

De doctr.
Christ. l. 3. c.
14.

§. 20. Neutiquam etiam audiendi sunt, qui omnis juris
 constitutionem in vi atque potentia consistere autumant: dicentes
 ne illud quod validiori placuit: ~~Mer den andern vermag, recte ipse~~
 in ~~esse~~ scilicet cum illo Spartanorum Rege, beatissimam esse Rem-
 publicam, cujus fines hasta & gladio terminarentur. Quò etiam
 refert Machiavelli impii istius Politici sententiam, qui tyranni-
 dem posse aquiri quam justitiam, inter malum & bonum unum
 esse fate patet, quam alterum, parere subditos Principi non
 magis Tyranno propter Tyrannidem, quam bono propter cle-
 mentiam, inde regna tyrannide cepta & fundata, potentissima
 facta, & diutissime duratura esse, iniquissime statuit.

§. 21. Quod enim vim spectat & potentiam, ut ut ea aliquid ad juris executionem faciant & omne jus sine suo absque viribus ministris careat externo; inde tamen intrinsecè jus non confirmatur, nec vi desinitum omni caret effectu. Efficit enim conscientia tranquillitatem, injustitia autem tormenta ac laniationes, quales in Tyrannorum pectoribus Plato describit. Regis autem rem Spartanorum sententiam pridem alius, Pompejus nominatim, correxit dicens: Beatioram eam fore Republicanam, quæ justitiam haberet pro finibus. Quæ ad modum alterius itidem Spartani Regis uti possumus auctoritate, militari fortitudini justitiam anteponitis hoc argumento, Quod & ipsa fortitudo justitiæ quædam regi deberet: Næ si justii essent homines, fortitudine illâ non indigerent.

§. 22. Machiavelli impietas seipsam destruit, quem admodum malum non solum bono, sed & sibi ipsi contrariatur. Apparebit modo absurditas, cum jam, quod reliquum, deduxerimus.

7. N. consistere in conformitate seu convenientiâ naturæ rationalis. Id inde patet: Ad certum finem obtinendum, certæ requiruntur actiones & media. Non enim ad quemvis finem quævis faciunt media: sed ea duntaxat, quæ fini isti sunt conformia. Atqui finis actionum humanarum est bonum, malum enim subtractione mali voluntas nunquam appetit. E. & media fini isti proportionata, & per consequens bona esse necesse est, illa ita quæ bona fini adaptata, /us N. constituunt. Confirmatur, quia à bono nil nisi bonum, à malo nil nisi malum. Ut cuneus cuneum trahit, ita malum, seu succinum paleas aliud post se trahit malum. Malum puniatur malo, unde pœna talionis, ut per quod quis peccat, per idem puniatur & idem, & Tyranni rarissime placidè morte obeant. Ad rei meliorem intellectum exempli loco hoc /us N. dictatum adducimus: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quod tibi non vis fieri, propterea non vis, quia naturæ rationali malum videtur, quod itaque tibi malum inferri non vis, nec inferas alteri, secus illud malum, quod tu inferebas, eodem jure vice versa ab alio tibi inferri potest. E. neminem lædas, neminem occidas. Si enim indifferenter unicuique liceret alterum occidere, nec tu ipse tutus esses, nec ulla societas consistere posset, quod ipsum naturæ rationali repugnat. E. si vis tui conservationem, constitue, neminem esse lædendum, quod nihil postea est aliud, quàm convenientia naturæ rationalis.

23. Verum cum & ipsam jus legitimum conformitas
 tenet & convenientiam habeat cum natura rationali, ita ut ad ma-
 ximum quicquid deo constituitur, in iustitia careat, quod factum, ut
 sapientissime, quæ gentium a naturalis juris, *I. N.* habitæ sint, etiam na-
 tura ea saltem arbitratui humano permiserit, ut de dominio res
 altera est, quod vel inde constat, quod Nerva filius referente. Pau-
 lo, dominium rerum ex naturali possessione capisse &c. sit. mittend. pos-
 sedit. *L. i. ff. de*
 Quidam dicitur & hermo dixerit, Jus divinum positivum cum dis-
 tincte rationalis naturæ constitutum esse, distinctissimam ta-
 men à jure *I. N.* Sequitur aliud superaddendum, quod omni juri vo-
 luntatis *I. N.* contradistingvatur. Id verò tale est, ut convenientia
 seu disconvenientia illa cum honestate seu turpitudine morali con-
 juncta, ab ipsa natura rationali & ipso Deo auctore, *necessario* pro-
 hibita sit aut præcepta.

§. 24. *Necessarium* autem cum sit duplex, *Absolutum* & *hypotheticum*. *Absolutum*, cujus oppositum statim involvit contradic-
 tionem. *Hypotheticum*, quod antequam est, aliter se habere potest,
 postquam tamen ejus esse, non potest aliter se habere, sed *necessario* est.
 Quæritur hoc loco, quæle *necessarium* intelligendum? Beldenus in
 Gregorium ita inquit: *Quod si filius N. in hypothesis quædam dependens, pag 16.*
merito voluntate subsistere admittatur, omne justum, per Syllogismum de-
ductum ex justo legitimo erit I. N. tendens, in infinitum &c.

§. 25. Distingvimus nos ipsam consequentiam hypotheti-
 cam ab hypothesis, asserendo, necessitatem hypotheticam non o-
 mnimodè excludendam esse. Absolutè itaq; necessaria convenien-
 tia aut disconvenientia cum Natura rationali v. g. Deum colere,
 aut adulterium committere non tantum *I. N.* constituit; sed &
 hypothetica talis v. g. si homines dominio utantur, qui alteri
 proprium quod est, eripit postea, ejus actio sit disconveniens cum
 naturæ ratione. Quare autem hypothesis rejiciamus, causa ea est,
 quia hypothesis nihil ponit in re.

§. 26. Diximus modo à Deo esse *I. N.* hinc insimul origo
 rationis luminis hujus naturalis elucescit, originem nimirum esse
 in indigentia & metu injuriæ accipiendæ adscribendam sequen-
 tiam illum versiculum:

Jura inveniuntur a metu injuriæ facere necesse est.

Ne,

Neque illi cause et accidenti; uti Herodotus refert, homines forte fortunâ in societates confluisse, conspectu ignis; Sed omnis Fonti boni, Deo Creatori hujus universi, absq; quo utpotè summe bono, imò ipsâ bonitate, uti nihil est, quod factum est, ita nullum bonum est quod bonum est.

§. 27. Cum autem dupliciter aliquid à Deo esse possit: (1.) ut ita ab eo sit, ut aliter esse non possit, quem modum dependentiæ à Deo *ex natura rei* vocant Scholastici. (2.) Ut ita ab ipso sit, ut aliter se habere possit, quem modum *arbitrarium* vocant. Factum est, ut de *Jure N.* quomodo id à Deo dependeat, in duplices quonque abirent antores sententias, & difficillimas moverent hæc in parte controversias, quæ cum potius forum Theologicum quam Philosophicum respiciant, apud illos videntur. Fausti Socini hæresin, eumque secutorum profitentium, nihil per se justum esse natura sed, ut nisi de novo per Salvatorem nostrum esset promulgatum illud: proximum ames, non furtum facias &c. Horum nihil homines hodiè obligaret; specialiter attingere facillè supersedere possumus, cum multi Scholasticorum v. g. Guilielmus Occam, Johannes Scotus, Bonaventura, Egidius, &c., qui, quamvis uti omnes à Socino in aliquibus disident, ita & inter se non omnimodò conveniant, singuli tamen statuunt, *N. I.* obligare tantum ex liberrimo quodam decreto divino, eoque relaxabili ita, ut quod lex *N.* prohibuit, iisdem circumstantiis alicui licitum sit, imò ut quis id teneatur agere. Sententiam suam hinc probare conantur, quod Deus hominem liberrimè produxerit. E. & omnia, quæ hominibus consequuntur. Quod Deus in homicidio, furto, Polygamia, incestu &c. dispensavit: Quod fieri nequaquam potuisset, nisi *Iu N.* voluntarium & per consequens mutabile esset.

§. 28. Quæ omnia tamen tanta non sunt, ut à sententia contra nos deduci possint, qui asserunt *I N.* tale esse non ex nudâ voluntate Dei, sed ex naturâ rei, quia firmioribus nititur hæc ipsa sententia argumentis; Uti enim Deus essentia suæ nihil creare potuit contrarium; ita quæ creavit tanquam summè bonus, cum omnino bonum communicativum sui, creare quoque bona necesse habuit. Hinc vidit omnia, quæ fecit, & erant valde bona, naturalia ut naturaliter: ita moralia multò magis moraliter. At bonum ejusmodi morale aliud nihil est, quam *I. N. E. I. N.* tale esse de-

1. Sent. disp.

19.

1. Disp. 27.

qvæst. una.

2. Disp. 47.

qvæst. ult.

2. Disp. 47.

qvæst. 3.

debit ex Naturâ rei, secus DEUS sibi ipsi esset contrarius, quod absurdum. Deinde uti omnes res habent æternam veritatem, sic in dicitur Canone Philosophico: essentia rerum sunt æternæ: ita & voluntas humana æternum habet objectum Bonum; Naturæ enim rationali aliud nihil præscribi potuit, quàm quod illi est conveniens. Atquæ quod necessario conveniens est naturæ rationali, id est *J. N.* Sanè mundus condi & non condi potuit à DEO, creari homo & non creari. At creari homo non potuit, quæ non sit animal rationale, quia ejus oppositum statim involvit contradictionem: ita & voluntas humana creari potuit & non creari, creari autem non potuit, quæ non feratur in conveniens suæ naturæ. Idem enim quatenus est idem, non potest non esse idem, quemadmodum bis duo fuissent quatuor, etiam cum nulla res, cui numerus hic applicari posuisset, extitisset. Quod contra datam rationem est notandum.

§. 29. Ad reliqua adversariorum argumenta, de homicidio, furto, scortationeque facilis est responsio, & nullibi non obvia. Homicidium enim illud non fuit homicidium vitio susceptum, furtum non furtum, scortatio non scortatio, quia objecta eorum fuerunt mutata.

§. 30. Polygamiam autem non esse contra *J. N.* latius de-
duxit Grouius. Per Polygamiam autem ea intelligitur, quæ mas-
unus pluribus copulatur sceminis; contraria enim huic, quæ una
scemina pluribus copulatur viris, *Natura* repugnat. Certum
enim est, gentes antiquitus plurium sceminarum conjugio utas,
propè solos Barbarorum Germanos singulis uxoribus contentos
lud tempore fuisse scribit Tacitus. Hujus Germanorum conti-
nentia causam Bodinus impotentia generandi Germanorum fal-
sissime tribuit & ex iniquo affectu. Apprimè enim, quo affectu
erga Germanos ducatur, prodit addendo, *eos falli plurimum,*
quæ Germanorum pudicitiam & continentiam tantoperè laudant. Al-
tera autem ratio ejus, quod aliqui pluribus, aliqui tantum una
uxore sint contenti populi, id fieri propter copiam aut inopiam
sceminarum. Nam apud Septentriones dicit, aut parem aut ma-
jorem esse masculinum, quàm sceminarum copiam. Ad Austrum
multò plures esse in omni genere animantium sceminas, quàm

l. 2. de J. B. &
P. c. 4. §. 2.
ad 15.

de morib.
Germ. l. 5. de
Repub. c. 1.

C

111-

mares, & Casarem, Britannos sæpè duodecim unâ uxore contentos, scribere; ridenda omnino. Nulla enim gens in usu habuit polygamiam, quâ plures mares uni copulèntur feminæ. Quod enim Cæsar de Britannis scripsisse adducitur, falsum est. Si enim quàm maximè tale quid scripsisset, ex ejus libri quinti verbis eruendum esset, ita se habentibus: *Uxores habent deni duo deniq; inter se communes; scil. Britanni*. E quibus sententiam suam nunquam probabit Bodinus.

§. 31. Quamquam autem non desint ex Nostratibus Theologis, probabilius putantes, legem de monogamiâ esse naturalem, immutabilem & indispensabilem; Præferenda tamen omnino est B. Hülsemanni sententia, prohibitionem polygamiz non ad *J. N.* sed *J.* positivum divinum referentis. Quod referenda etiam Meisneri sententia, circa polygamiam Patrum in V. T. intercessisse aliquam dispensationem, quæ fieri non potest, nisi circa legem positivam. Neque est, quod aliquis refugium querat in dispensatione quoad poenam, ejusmodi peccato constitutam, cum nec in ipsa poena ejusmodi fieri posse dispensatio videatur.

Hülf. Brev. c. 21. Th. 8.

§. 32. De incestu res difficultate non caret. Nam causas certas & naturales (verba sunt Grotii) cur talia conjugia illicita sint, excepto matrimonio parentum cum liberis cujuscunque gradus, assignare qui voluerit, experiendo discet, quàm id sit difficile, imò præstari non possit. Cum autem propterea, quod hæc Theologiam sapiant, & scandalum præbeant, nobis integrum non sit, libere aliquid statuere à Superioribus impeditis; facile quoque sicco pede id ipsum præterire possumus.

§. 33. His modò adductis exemplis, quibus *J. N.* reddi videbatur mutabile; adduntur ab aliis plura, libertas scil. quæ sit *J. N.*, mutetur tamen aliquando in servitutem: communitio rerum, quæ & ipsa sit *J. N.* multiplicatis tamen hominibus, factâ rerum divisione, mutata in proprietatem. Hanc Grotius tanti habet, ut parum absit, quin eam ipsam dicat Paradisum, ita ut si homines in eâ perstitissent, ipsam Paradisum possedissent. Hinc nescio, quam nobis à primavâ simplicitate & charitate leviusculam narrat defectionem, de arboribus vitæ & scientiæ boni & mali mirificas præferens allegorias, Orthodoxis Theologis contrarias.

2. r. de. J. B. §. 3. c. 3.

De

De quibus vide pluribus Excellentissimi Thomasi dictata in hunc Groti locum. Feldenum in eundem, & Strauchium disp. de imperio maris c. 1.

§. 34. Quæ Becanus ad hæc respondet, non sunt ad pala- Theol. Schol. traçt. 3. c. 3. de
tum; sic enim habet: *Ad communionem dico, omnia fuisse commu- L.N. quæst. 3.
nia*. N. non positive, quasi] N. præcepit rerum omnium communi- art. 5.
tatem, & prohibuerit divisionem, seu proprietatem (quod sine dubio
falsum est;) sed negative, quia ab initio nihil hæc de re sta u t noi
quicquam proprium alicui assignavit, permittens omnia in comunem
usum. Illud enim esse J. N. negative, nihil aliud est, quàm non ef-
se J. N., præceptum enim negativum illo negative esse J. N. nullo
modo intelligi potest. Quod enim alii quoque distinguunt in-
ter J. N. præcipiens & permittens distinctio est nominis, non rei.

§. 35. Quemadmodum autem libertas, ita neque com-
muniorem *Juris est Natura* cum similiter proprietates rerum,
quam non minus *Natura*, introduxit, ac communionem, deno-
minatione *Juris N.* gauderet; Nec putandum, primum homi-
nem nihil habuisse proprii, cum ipsa, si præterea nihil, maxime
communio ipsi in proprium cecidit. Ut igitur in medio omnia con-
sistunt, uti nec omnia facienda, nec nulla &c. ita nec omnia fue-
runt communia nec nulla, hodieque nec omnia propria nec nul-
la. Nec syadendo nos ad lucet Grotius, ut credamus, statum
durare posse hominum, in quo omnia sint communia, qualem
adhuc videre liceat in quibusdam Americae populis, & quidem
communione ex simplicitate. Statum autem communionis ex
charitate exhibuisse olim Essenos & Christianos primos Hieroso-
lymitanos, hodieque non paucos vitam asceticam degentes. Et
enim ubi omnia communia, ibi largiendo opera charitatis exer-
cere nemo potest. Nec ullus homo erit adeo simplex, qui nolit
sibi vel tunicam, vel manus proprias, nisi ipse omnibus communis
sibi communio, i. e. in omnibus aliquid, in toto nihil, infer-
endo omnibus, ipse consumi, & præstibulum dici velit. O-
mnia igitur si essent communia, societas humana minime confi-
sura posse videtur.

§. 36. Nullatenus etiam sequitur J. N. esse mutabile, pro-
pterea, quia v. g. depositum est reddendum, hoc mutatur in fu-
turo.

rioso. Nunquam enim recta ratio dicitur, depositum *indifferenter* esse reddendum, sed sub certâ conditione. Vide de his, quæ disputant inter se Feldenus & Grævinnckelius in Grotium.

§. 37. Invidium igitur manet, *J. N.* ex naturâ reitale esse, non dependere à voluntate divinâ, ut mutari, sed ut nec ipsa in eo dispensare possit. *Immutabile* autem cum dicimus, distinguimus terminum mutabilitatis. *Mutabile* enim aliquid dicitur tribus potissimum modis: (1.) *additione*, ut si *Juri N.* per legem positivam aliquid superaddatur, v. g. DEUM esse colendum, *J.* est *N.*, at septimo vel primo die cum colere *Juris* est *Arbitrarij* priori superadditi. (2.) *Defitione* seu *abrogatione*, ut si lex prius abrogetur & desinat obligare, uti v. g. legem de incestis nuptiis abrogavit Nerva. (3.) Dicitur aliquid mutari *facto contrario*, v. g. quando homines contra *J. N.* agunt extali contracta consuetudine, ut *J. N.* penitus deletum videatur de cordibus eorum. E quibus mutationis modis *J. N. immutabile* dicitur tantum juxta medium modum.

§. 38. Ut ita falsi sint Pontificii, qui in *Jure N.* dispensationem à Papâ, licet non ita aperte, tectè tamen, fieri posse, statuerunt. Jovem igitur lapidem juret Becanus, dispensationem ejusmodi à DEO fieri posse, se non statuere, aliud tamen ipsa docet nos experientia. Pacta enim & fidem datam servare est *Juris N.* cur ergo Hæreticis perhibent hæc non esse servanda? Nuptias incestuosas contrahere est contra *Jus Divinum*, cur in his Papa dispensat, cui tamen DEUS hæc ob scelera integrè regnarevertendo *contrarium* monstrat? In quocumque igitur DEUS ipse non potest dispensare, in eo neque Papa potest dispensare, &posito, DEUM in *Jure N.* uti in *Jure positivo* dispensare posse, neutiqvam tamen Papa id possit.

§. 39. His igitur, quid sit *Juris N.* à priori satis ostensum est, admirum omne id, quod habet necessariam convenientiam cum *natura rationali*. Huic modo probandi additur alter à posteriori, quando nempe non eiqvidem aliquid certissimâ fide, *probabiliter* tamen *Juris N.* esse colligitur ex eo, quod apud omnes Gentes nationes obtineat. Universalis enim effectus universalem quoque requirit causam, hinc Hesiodi dictum:

Φημι δ' ἔτις πάντων ἀπόδυσσας, ἢ ἴνα πολλοὶ
λαοὶ Φημιζυσοί.

§. 40. Quandoquidem quid sit *Juris N.* quomodoque declaratum, restat pertractanda ejus divisio. Dividitur autem *J. N.* in principia & conclusiones, quarum alia generales, alia speciales. Inter quas hoc est discrimen, ut generaliores maxime sint manifestae, his proxima manifestae ipsae, & dubitationem nullam admittant, reliquae autem nonnullae faciliorem, aliae difficiliorem habeant cognitionem, haud secus, uti in Mathematicis & Physicis, ubi quaedam sunt notitiae primae aut primis proxima, quaedam principia, quae statim ex ipsis intelliguntur terminis, v. g. Totum majus est sua parte, quaedam vera quidem, sed non omnibus perspicua, v. g. Ignis est divisibilis, cujus principium est generale, omne quantum est divisibile; specialius, Omnis materia est quantata, subsequenter omne corpus habet materiam, omnis ignis est corpus &c.

§. 41. Quomodo autem falsi sunt, qui autumant, id proprie *J. N.* dici, quod natura tanquam principia quaedam indemonstrabilia inter omnes constituit, nec humanis ab ingeniiis excogitatum est. Quod vero conjuncta hominum & ratio & ratiocinatio ex primis istis principiis deduxit, id proprie *Jus gentium* appellari, in quam sententiam Bellarminus loquitur. Simpliciter enim qui condidit universalia praecepta, ille eo ipso condidit quoque omnia sub universalibus istis necessario comprehensa: ita volumus in divisionem vocare etiam omnis generis illationes & conclusiones, ne *Jus legitimum* cum *J. N.* confundatur. Ita enim comparatum est cum *Jure legitimo* uno vel altero, ut id apud alias Gentes v. g. *Jus Saxonicum* in quibusdam apud Turcas, uti olim *Jus Persicum* apud alias Gentes, obtineat, ideo, quod nullum melius constitui possit, idque maxime rationi sit consentaneum. In circulo enim rerum ita comparatum est, ut unum semper deducatur ab altero. Ne igitur fiat progressus quasi numerando in infinitum, obex ponendus. Quis enim hanc conclusionem: atomus est divisibilis, confidentius deducere e principiis Physicis sibi praesumat non minus, atque illam: Ignis est divisibilis. Plurimi tamen sunt, qui eam negant, imò ne dari quidem hanc ob causam ejusmodi atomos, constanter asserunt.

Bell. l. 5. de
memb. Eccl.
milit. c. 20.
& l. 4. de
Rom. Pontif.
c. 16.

§. 42. Hanc ipsam ob causam ignorantia nonnullis conclu-

elationis ex *Jure N.* deductæ, non ita perspicue, pœnam mitigat.
 Conclusiones enim non æquè unicuique ad oculum patent, ac
 principia, accidit enim in his, ut sæpius post factum inadvertens
 conqveri necesse habeat cum cætera doctissimo viro non nemine:
 O Bone Deus, quomodo ego deveni in hanc periculosissima
 controversia.

§. 43. Inde controvertitur, an lex positiva obliget in con-
 scientia ita, ut, si peccet contra eam aliquis, peccet simul contra
naturam? Et distinguen lo, obligare aliquid in conscientia & con-
 tra *Jus Natura* committi (a) *Principaliter & per se.* (β) *Consecuti-
 ve.* Obligat *lex positiva* non *præ* sed *posteriori* modo. Ita sanè trans-
 gressor *Juris* positivi, pœnæ se subducturus, reluctando Magistrati
Im N. violat.

§. 44. Principium ejusmodi *Juris N.* omnium generalissi-
 mum est: Omne bonum sequendum, omne malum fugiendum;
 Conclusiones generales, ergo honestè vivendum, E. Numen di-
 vinum colendum, E. parentes honorandi. Quod tibi non vis fieri,
 alteri non feceris. E. nemo lædendus. E. adulterium non com-
 mittendum, nec furtum: Sed unicuique summa tribuendum &c.

§. 45. Hæc ipsa præcepta *Juris N.* dividuntur porro in *affir-
 mativa & negativa*, inter quæ discriminis hoc est, quod *negativa*
 prohibeant omnes actiones malas, easque omni tempore v. g.
 furtum nunquam est committendum; *affirmativa* autem præcipi-
 ant equevidem actiones bonas, sed non omnes v. g. Cultus divinus
 certo tempore institui potest. Semper enim tenemur abstinere à
 quocunque malo, non tamen semper tenemur facere quodcunque
 bonum. Hinc fluit alia distinctio, ubi distinguitur peccatum in
commissionis & omissionis, quæ enim contra *Juris N.* præceptum ali-
 quod *negativum* perpetrantur, dicuntur peccata *commissionis*;
 quæ contra *affirmativum*, peccata *omissionis*. Et quia difficilius est
 aliquid committere quam omittere, hæcque peccata sæpius ex in-
 advertentiâ quâdam, illa verò magis ex præresi committuntur,
 mitius quoque hæc illis puniuntur.

§. 46. Nec minus *Juris N.* est, executionem quod sapit, o-
 mne bonum præmio, malum pœnâ afficiendum, atque omne bo-
 num sequendum, malum fugiendum. E. adulterium, homicidi-
 um,

ma, furtum &c. puniendâ. Obſtare quidem videtur Cicéronis ſententia: Eſt aliquid quod non oportet, etiamſi licet, & Ammiani Marcellini: Sunt aliqua, quæ fieri non oportet, etiamſi licent: Ubi licere tantundem eſt, quod impunè eſſe apud homines, minus propriâ tamen ſignificatione. Imò quædam impunè licita vulgò creduntur *naturæ* licita; ſic enim Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis *naturaliter* licere contrahentibus ſe circumvenire. Hunc in modum in lege quoque Moſaicâ multa impunè tranſeunt, inhoneſta tamen.

Orat. pro
bo:
I. 30.

§. 47. Verùm propterea quod aliquid contra *ſuam naturam* commiſſum impunè feratur ab hominibus ob inveteratam conſuetudinem, inde non ſequitur, id prorsus impunè latum iri, etiamſi nõ injuſtas eſſe has permiſſiones humanas, ex eo conſtare videatur, quia quæ puniri nequeunt ab hominibus ſine periculo majoris mali, illæ ut puniantur, *natura* non exigit non tantum; ſed & ſuadet, ut maneat impunita. Quem admodum ipſe Salvator ſuaſor eſt, ut zizania relinquantur uſque ad meſſem, nõ evellatur ſimul triticum. Pomponius autem ludit in vocabulo *naturaliter* non ſumendo pro *I. N.* ſed pro eo, quod recepti paſſim moris eſt. Modesti- ni autem illud magis ſequendum: Semper non ſolum quid liceat, conſiderandum, ſed & quid honeſtum ſit.

§. 48. An autem *I. N.* poſtulet poenas inferendas ſecundum proportionem Geometricam aut Arithmeticam, aut Harmonicam; & quæ ſunt alia hæc pertinentia ventilatione digna, latius deducere prohibemur. Propterea alii tempori commodiori & otio hæc reſervantes receptui canimus, lucubrationem noſtram hanc qualemcunque definitione Ariſtotelis conclu-
tos: *I. N. Natura* eſt, quod ubique eandem vim habet
& non quia ita videtur vel
minimè.

SOLI DEO GLORIA



